

Auf der Suche nach einem Lehrer



C. Plinius verspricht seinem Freund Mauricus, einen Lehrer für die Kinder seines Bruders auszuwählen:
Plin. epist. II, 18

C. PLINIUS MAURICO SUO S.

1 Quid a te mihi iucundius potuit iniungi¹, quam ut praeceptorem² fratris tui liberis quaererem? Nam beneficio tuo in scholam redeo, et illam dulcissimam aetatem quasi resumo³: sedeo inter iuvenes ut solebam, atque etiam experior quantum apud illos auctoritatis ex studiis habeam. 2 Nam proxime frequenti⁴ auditorio⁵ inter se coram⁶ multis ordinis nostri clare⁷ iocabantur⁸; intravi, conticuerunt; quod non referrem, nisi ad illorum magis laudem quam ad meam pertineret⁹, ac nisi sperare te vellem posse fratris tui filios probe discere. 3 Quod superest¹⁰, cum omnes qui profitentur¹¹ audivero, quid de quoque sentiam¹² scribam, efficiamque quantum tamen¹³ epistula consequi potero, ut ipse omnes audivisse videaris. 4 Debeo enim tibi, debeo memoriae fratris tui hanc fidem¹⁴ hoc studium, praesertim super¹⁵ tanta re. Nam quid magis interest vestra¹⁶, quam ut liberi - dicerem tui, nisi nunc illos magis amares - digni illo patre, te patruo¹⁷ reperiantur¹⁸? quam curam¹⁹ mihi etiam si non mandavisses vindicavissem. 5 Nec ignoro suscipiendas offensas²⁰ in eligendo praeceptore, sed oportet me non modo offensas, verum etiam simultates²¹ pro fratris tui filiis tam aequo animo²² subire quam parentes pro suis. Vale!

Fragen zum Text:

1. Weshalb freut sich Plinius über die Bitte seines Freundes?
2. Wie will er bei der Suche vorgehen?
3. In welchem Textabschnitt wird ersichtlich, dass Plinius eine gute Ausbildung besonders am Herzen liegt? Welche Kriterien stellt er auf?

Kommentar

- ¹ iniungo 3, -iunxi, -iunctum = auftragen
- ² praeceptor, -oris m = Lehrer
- ³ resumo 3, -sumpsi, -sumptum = wieder anknüpfen
- ⁴ frequens, -ntis = gut besucht
- ⁵ auditorium, -i n = Hörsaal; übersetze: in frequenti auditorio
- ⁶ coram + Abl. = vor
- ⁷ clare (adv.): hier: laut
- ⁸ iocor 1 = scherzen
- ⁹ pertineo 2 ad laudem = zum Ruhm/Ansehen beitragen
- ¹⁰ quod superest = im Übrigen
- ¹¹ profiteor 2 = Lehrer sein
- ¹² de quoque sentire = über jeden denken
- ¹³ quantum tamen = jedenfalls so viel ich ...
- ¹⁴ fides, fidei f : hier: Unterstützung
- ¹⁵ super + Abl. = bei
- ¹⁶ interest vestra = es ist für euch wichtig
- ¹⁷ patruus, -i m = Onkel
- ¹⁸ reperio 4: im Passiv: sich erweisen als
- ¹⁹ cura, -ae f: hier: Aufgabe
- ²⁰ offensa, -ae f = Unbequemlichkeit
- ²¹ simultas, -atis f = Feindschaft
- ²² aequo animo = mit Gleichmut